



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Edgar Rex Hoc Privilegiov Novo edidit monasterio, ac omnipotenti Domino eiusque genitrici Mariae eius laudis magnalia concessit. Capitvov I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

CHARTA REGIS EDGARI ANNO CHRISTI 966.

NOVO VVINTONIAE MONASTERIO

quod Hydam vocant confecta,

In qua angelorum refert creationem atque lapsum. hominem fieri ad capeffendum cum prole sua vacuum iam ipforum ordinem. Inuidet, inquit, hoc diabolus, fraudeque circumuentum sui cum prole reddit similem. hos misertus Christus redemit, & hos inter ipsum regem Edgarum, qui tanta raptus benignitate, totum se effundit in gratitudinem & bona opera. Christo igitur & familiae suae plurima condit monasteria, unumque hoc Vvintoniae: cuius caenobitis vitae regulas & honestatis imponit, tam ecclesiasticas, quam saeculares.

Ex chronico monasterii Vvintonienis quod Hyda dicebatur.

INCIPIT charta priuilegii Edgari benignissimi principis concessa nouo monasterio Vvintoniae quod modo Hyda appellatur: cuius rubrica sic cancellatur:

EDGAR REX HOC PRIVILEGIUM NOVO edidit monasterio, ac omnipotenti Domino eiusque genitrici Mariae eius laudis magnalia concessit.

CAPITVLVM I.

Omnipotens totius machinae conditor ineffabili pietate vniuersa mirifice moderatur quae condidit, qui coaeterna videlicet verbo, quaedam ex nihilo edidit, quaedam ex informi subtilis artifex propagauit materia. Angelica quippe creatura, vt informis materia, nullis rebus existentibus, diuinitus formata luculento respanduit vultu. Male, proh dolor, libero vtens arbitrio, contumaci arrogans fastu, creatori vniuersitatis famulari dedignas, semetipsum creatori aequiparans, aeternis barathri incendiis cum suis complicibus demersus iugi merito cruciatur miseria. Hoc itaque themate totius sceleris peccatum exorsum est.

II.

Quare hominem condidit, & quid ei commisit.

Euacuata * anima que poloru sede, & eliminata tumidi fastus spurcicia, summus totius bonitatis arbiter lucidas